quando caro concupiscit aduersus spm̄ · & ꝓuocat nos facere omnia
opera sua · fornicationem · inmundiciā · luxoriā · idolatriā · ini
micitias · contentiones · æmulationes · iras · rixas · dissensiones · heyeses ·
inuidias · ebrietates · commessationes · & reliqua hissimilia · Porro
non est humana temptatio · sed conluctatio spiritalis aduersus
insidias diaboli · aduersus signa sua & portenta · quæ ait · ad decipi
endos homines · Unde sciendū est · ne ea quidem · quæ nos ministra
ri putamus uitia ex carne carnis esse uel sanguinis · sed a quibus
dam spiritalib; nequitiis suggeri · Sunt enim quidam dæmones
amoribus luxoriæ · & amatoriis canticis turpibus seruientes · ut ꝓ
phetia quoque commemorat dicens · Spū fornicationis seducti sunt ·
qui homines fornicationis insidiis student decipere · Nam & barbara
quædā eorū nomina eē dicuntur · ut sæpe confessi sunt · hi quos ue
re uulgus maleficos uocat · qui incantationes & p̄ces · & colores uari
os · & diuersa metallorū genera · l̄ ciborū · ad quas inuocant dæmones ·
& ipsi adsistere & infelices animas capere memorantur · Alii uero
dæmones sunt · qui iracundias · & furores · & bella · committere
ꝑsuadent · alii præsunt inimicitiis · & odia inter homines con
citant · hæc ergo uitia & hissimilia · doc & nos apl̄s non ex natura
corporis ꝓcreari · sed instinctu dæmonū · ideo dicit · Non est enī
nobis conluctatio · aduersus carnē & sanguinē · sed aduersus prin
cipes tales · aduersus tales dæmonū potestates · & rectores tene
brarū · id est contra incentores malitiarū l̄ peccatorum · qui
recte rectores tenebrarum dicuntur · qui subiectos sibi suosq ·
auditores · ad æternas tenebras ꝑtrahunt · qui & spiritales nequi
tiæ · in cælestibus eē dicuntur · id est in aere isto uolitantes · ad de
cipiendos homines · uarias inponendo insidias · quæ dinume
rare impossibile est · Unde subditur · propterea a cipite ar
matura di · Contra spiritales hostes · spiritalia arma sumenda sunt

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc427/0245